Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistola de miseria curatorum seu plebanorum

[Straßburg], vor 25. Okt. 1489

Sextus diabolus est ipse officialis

urn:nbn:de:bsz:31-86594

Visual Library

reos dare, rennui. quos mihi contribuendos dictarant. cu magna temeritate meaz ab aquis famulam repulerant In tantum contra me fremere ceperant. vt etiaz aerem ſi potu iſſent, pbibere parati erant. O quanta in curatores ipoꝛuz ruſticoꝛuz inuidia. Nunquid vna plebanus cum eccleſia in ſingulis immunitate gaudent? Qua igitur fronte pleba / num ad contribuendum arcent. et eccleſiam cuz campana / toꝛe libere ferre aquas fauent. niſi quia ruſtici de pꝛoſpero ſucceſſu ex intimo coꝛde ſemper dolent. Curatoꝛum, igitur nullus cuz ruſticis communitatez teneat ad paſcendū poꝛcos. vaccas. oues. aucas. non contribuat oꝛdine eū tangē / te non cuſtodiat. Ad ſpes. munitiones communes reparā das familiaz ſuaz non mittat hoc ſoluz caueat de ſuis ruſticis vt damna non ſentiat. quicquid alias ſit quodcunq; cō munitatez facere opoꝛteat liberuz ab hoc ſe foꝛe ſciat. Si ſe cus faciat totiens quotiens excommunicationis ſententia eū mulctat: tandem omni tempoꝛe ruſtici pleba no inuidēt et in nullo ſibi fauent Et ſi aliquando eo carere poſſent. du dū in ipo lapides miſiſſent

Sext⁹ diabolſu eſt ipſe officia

lis. Quanto ſua iuriſdictio latioꝛ: de tanto in plures tyran nidioꝛ et foꝛtioꝛ. Quemadmodū vultur hinc et inde volat vt laceret pullos. Sic iſte iam ab illis iā ab iſtis parrochi anis exploꝛat. vt exaccionet plebanos. Mandata innume rabilia mittit: ſi non in eoꝛūdez executione magis q̄ʒ in tua negociatione diligens fueris. Itineris impoꝛtunitatez do mus tue diſpenſationem non ponderat. Gaudens illico te citat. vt mali quid in te inueniat / non vt puniat: ſed ma / gis vt marſubium ſuuz impleat. Si non comparueris: in dignationem eius quis enarrabit? Sicut canis impetuo / ſe latrat. et niſi panes ante eu ʒ pꝛoijcies: a latratione nō ceſ ſat. Ita iſte aſſidue te infeſtat. et niſi floꝛenos expendas: q̄s ſoluz optat: mandare non ceſſat. nec mandata caſſat. Et q̄ / modo ſecurus eſſe poterit vnq̄ʒ ipe plebanus quē etiā quot tidie pꝛopꝛius lacerat pꝛelatus. Scribit ſalutez in dn̄o: q̄ ſi fautoꝛ tuus optimus. et inter omnes perſecutoꝛes in la /

cerando non eſt peſſimus. Mandatis ſuis aliquando do
minus iuſtis (quomodo poteſt) contra te ruſticos incitat.
Mandat iterum. mandare non ceſſat. ſed illataȝ a ruſticis
iniuriam te conquerente non vindicat. O magnum peri-
culum ſi proceſſus exequeris ruſticus impugnat. Si non
publicaueris: officialis murmurat. O plura ſunt que inſe-
ſtant plebanum. Sed profecto nihil eſt quod fortius offi-
ciali impugnaret. Qui te ſine cauſa infamat. Nũquid eſt
malus? qui quodammodo ex nihilo te irregularem probat
Quomodo poterit eſſe bonus? In eccleſie mee diſtrictu:
multi ſunt fornicatores et adulteri. pauperes occulti. nobi
les manifeſti. Citat pauperes manifeſte ad libitum ſuum.
et punit. honorat nobiles nec plectit. Si ex alio officialis
nequicia nõ patet: ex iſto omnibus hominibus aperte cla-
ret. Hec preſens epiſtola cum tanta audacia non proferet.
niſi omnis homo in hoc officiali malediceret. Recipit pe-
cuniam et admittit ignominiam. Amat denarium et tole
rat fornicarium. Tollit munera et deſtruit iura. Credit ru
ſtico. et inuidet plebano. Niſi portauerit munus: nullus
ab eo eſt acceptus. Citat monet. excommunicat. aggrauat.
reaggrauat. relaxat. interdicit. In his omnibus nõ dei glo
riam querit. ſed ſolum lucrum querit. pecunie ſeruit. et in-
numera mala propter hanc committit. Tanta in curato-
res eſt ipſius officialis tribulatio. Si eccleſiam non habe-
rem: nullam vtiqȝ ſuſciperem. Quia omnibus alĳs diabo-
lis dormientibus iſte ſolus ad nocendum vigilat. Alĳs q̄
eſcentibus iſte ſolus inquietat.

Septim⁹ diabolus eſt ipſe epiſ

copus. Qui quod per totuȝ annum omnis ſollicitudo tua
collegit. hoc iſte per ſubſidiuȝ tollit: ſingula bona tua q̄ poſ
ſides: immunia ſunt. Iam epiſcopus contributum: Iam
poſtulat ſubſidium / ſic qui immunitatem bonorum tuoꝝ
deberet conſeruare de anno in annum: hanc non pudet ip-
ſe infringere. Epiſcopum ſolũ cũ neceſſitas ingruat q̄ ꝓprĳs
is releuare ſtipẽdĳs: n̄ põt caritatiuũ poſtularē decȝ ſubſidiũ